

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Venerabilis Patris Thomæ à Jesu ... Opera Omnia**

Homini Religioso Et Apostolico Tam Qvo Ad Vitæ Activæ, Qvam  
Contemplativæ functiones utilissima, Duobus Tomis Comprehensa. In  
Qvibvs Singvlari Pietate, Varia Ervditione Clariori Et Breviori Stylo  
Continentvr Et Explicantvr ...

**Tomás <de Jesus>**

**Coloniæ Agrippinæ, 1684**

Dvbivm VI. Ad quam ex quatuor Regulis hæc Alberti Regula reducatur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38601**

ipsi copiosam messem consiperent; ac cum paucitate ministrorum compararent, quasi invento thesauro in Hispaniam redierunt auxiliatores operarios a Prælatis postulatores. Quis ergo ex his non inferat. Missiones esse no[n]to Institutio convenientissimas? siquidem tempore quo incepere fuerunt, mirabiles progressus sancti Evangelii prædicatio egit, Dominu[m] etiam cooperante, & sermonem confiante, sequentibus signis: ita utque in hodiernum d[omi]n[u]m Carmelitarum Discalcedatorum memoria, & desiderium apud Regem, proceresque alios iterum eos vivendi, tamenque fruendi doctrina permaneat: quae omnia signa manifesta sunt Divina voluntatis. Qnod h[ab]et semel, aut iterum in illar[um] Provincias missi Religiosi, vel in mare submersi, vel ob alia impedimenta re infecta redierunt, quid inde est num quia Divus Franciscus ad Soldanum profectus, eum ad fidem non perduxit, aut quia innumere ali Religiosi Divino iudicio ab incepto itinere sunt impediti, Franciscani, aut Religiosi alii ab incepto desistunt, & Missiones sibi non convenire prudenter judicabant.

*Ad ultimum respondetur, voluntatem Divinam per Superiora in inferiores derivati, illisque hac via, & non alia certiori, aut æquæ certa innotescere: ad rem igitur accedamus. Nobis de voluntate Divina ex duobus capitibus clare constat; primo ex constitutionibus ipsiis, in quibus Missiones, ut nostro institute consentanea-  
fuerunt, cum dicitur ad Definitiorum specta-  
re mitttere ad Missiones, sive conversiones in-  
fidelium. Secundo, de eadem Divina voluntate  
etiam constat, quia Summi Pontifices, & Ca-  
pitula Generalia pro speciali nostri instituti fe-  
opo, DEO vacare jugiter, & profectibus anima-  
rum praefixerunt. Quid expressius de voluntate  
Divina requirimus? Sed ut nullus restaret circa  
Divinæ voluntatis beneficium dubitandi lo-  
cens, Summus Pontifex PAULUS V. sepissimi-  
Paulus V. me vivo vocis oraculo partibus Congregatio-  
circa hoc nis Italiae, ac deinde Patri Generali Congrega-  
fenserit, Hispania fiam, ac perinde Divinam tri-  
& fecerit bus expeditis Bullis patet voluntatem: in  
quibus etiam in Regna Æthiopiarum Missiones  
promovendas monebar, deprecabatur, ac tacite  
compellebar. *Durissimum est enim imperandus ge-  
nus*, ut quidam dixit, *deprecari, qui jubere po-  
test*. Et quod vulgare est, *preces Principis aquiva-  
lent praecepto*. Ac denique ipsum summum Pon-  
tificem, non semel dixisse certissime accepimus,  
se habere pre comperto nullam Religionem in  
Ecclesia DEI aptiorem esse nostra, ad opus  
Missionum; quare ipse Indulgentiam plenariam  
omnibus Religiosis concessit, qui publicè bis in  
anno suam renovantes professionem, Missioni-  
bus iuvandis se offertent.*

D V B I V M VI

Ad quam ex quatuor Regulis hæc  
Alberti Regula reducatur.

Quatuor **Q** uatuor esse in Ecclesia DEI approbatas sunt in **R**egulas, que veluti quatuor perfectionis Ecclesia elementa sunt: & sub his quatuor omnes Ordinaproba, nec Ecclesiae militare, communis tenet. Authorum Regulam sententia. Ceterae vero Regulae (i. quae sunt) I.e., quasi harum quatuor appendices, & quasi corollaria

appellantur, ut videre est apud Volaterranum  
lib. 21. *Geographia*. Polydorum lib. 7. *de inventione*  
cap. 4. Genebrar. lib. 4. *circa annum incarnationis*  
1285. Inter quatuor igitur predicta Regulas  
prima fuit Basili. Basilius enim in Orientali Ec-  
clesia nominam, ac vivendi Regulam Monachis  
Syriae constituit. Docebat Antoninus 2. part. sue  
*historiarum* 15. cap. 12. & esse hanc communem  
omnium Scribentium sententiam, retulit Cal-  
enus in *Catal. glo. mun.* 54. *consideratione*. Basilio  
successisse *Augustinum* in Occidente, omnes et-  
iam fine controversia tradunt. Posthanc sequit-  
ur *Benedictus* Regula, quæ tertium jure occupat  
locom. Ultimè Regula à B. Francio non sine  
magna utilitate Ecclesia edita est.

**Carthusianis** tamen sub Regula aliqua non Cardo militantis; sed propria habent sua regula, que mutant suamque possunt per praedatos sui Ordinis, ac proinde non prius reducuntur ad aliquam ex praedictis Regulis, sed tunc in proprio ordine, inter aliosque perficitissimo, &c co Regis sub Constitutionibus instituto gaudent. lxviii

... & proprieitate, nunc autem anno 300 Reg. An. Cugula Basili (qua primasuit) Fratres Carmelites ali- melia  
quando fuerunt : quibus anno Domini 1247. Do- vienient  
minus Innocentius IV. addidit quasdam ordinationes aliquo- do lib  
per modum Regulae, traditas tū à quodam Patriar- chā Hierosolymitanō, dicto Albertus, extractas à Re- Regula  
gula Basili cum quibusdam additis, &c. Hec An. 9. Basili  
tonius : quem sequuntur plures alii gravissimi  
Scriptores, ut sunt Cassianus, in Catal. gloria mun.  
4. part. consideratione 70. qui de Carmelitis lo-  
quens, ita ait : Carmelites preferendi sunt fratribus  
Prædicatoribus, sancti Augustini, & Mineribus : quia  
primo fuerunt instituti : cum fuerint sub Regula B.  
Francisi, que fuit solum anno Domini 1218. Sen-  
tī idem Sylvester verbo (Religio 1.) num. 7. &  
Armilla eodem verbo 5. & Antoninum sequuntur  
turba Canonistarum, & aliorum Authorum : &  
principiū quantum ad id, quod asserit, Alber-  
tum dedidit Regulam mutuatam ex B. filio, cum  
eo sentimus Pojydonus lib. 7. cap. 3. de ritum in-  
ventoribus, Sabellie. libr. 5. Enead. 9. & Plarina :  
quorum etiam sententiam probat Author Thea-  
tri vitæ hurrantæ volumine 21. libro 3. folio 4.

Alii verò alia via procedunt, afferentes. Car-  
melitas non immediatè sub Regula D. Basili Regula  
fuisse, sed eam accepisse circa annum Domini defum-  
pti 12. à Joanne Patriarcha Hierosolymitano, dicitur p. 23.  
quo supra mentionem fecimus. Hunc tradunt Baillot  
Regulam Carmelitus dedisse, extractam verò ex  
doctrina D. Basili, Ita affirmat noster venerabi-  
lis ac celebrissimus Thomas Waldensis de Sa-  
cramentalibus titulo 9. cap. 89. Pro qua sententia  
affert ibi Armacanum Hibernie Primatem.  
Cenfet idem Paleonydorus lib. 2. cap. 5. Plato de  
monifatu Relig. lib. 2. cap. 22. Morigia lib. 1. de  
Origine Relig. cap. 301 & denique inter priores  
Immanuel Rodriguez in questionibus Regulari-  
bus. 1. de Origine Religionum, art. 5. & alii or-  
tus Historiographi.

Nobis vero in hac parte primum videtur,  
Carme-

Carmelitas nonquam sub Regula Basili militat-  
se, & D. Antoninus sine fundamento loquitus  
fauisse videatur. Nam in primis excogitari non po-  
test ullum tempus, in quo Carmelitas sub Regula  
Basili fuerunt. Regula enim Joannis Hierosolymitanus, (ut supra part. i. documentum) tradita fuit  
Carmelitis circa annum Domini 412. & haec  
perduravit usque ad Aymerici tempora, qui ut  
supra etiam reculimus institutionem à Joanne  
Hierosolymano Carmelitis datam, & idioma-  
te Graeco conscriptram, Latine verti, proper  
Latinos in monte Carmeli commorantes iussit.  
Floruit autem Aymericus (ut præcedentem dubio  
tradidimus) circa annum Domini 1141. Cui  
fere immediatè successit Albertus, qui anno  
1205. Regulam nobis concessit. Quo ergo tem-  
pore sub Basili Regula Carmelitæ vivere potue-  
runt? Et minus etiam probabile appareat id, quod  
idem Antoninus, & alii censent. Regulum Al-  
berti extractam, ac desumptam fauisse ex ea, quam  
Basilius condidit. Cum potius, si nostra Regula  
cum Basili, & aliorum Regulis conferatur, in  
nullo fere eam, qua Basili est, referre videatur:  
cum ceteris vero frequenter concordet. Nam si  
per singula Regulae nostra capita discursum, nullum ex Basilio desumptum facile inventemus.

Nam primum, quod est de Prio habendo,  
ac de tribus votis levigandis, (in quibus Regula  
disciplina consistit,) non mirum, quod in Ba-  
silii Regula inventatur: cum hoc commune sit  
omnibus Religionum institutis. Differt tamen in  
diversis. Nam quem Basilius in sua Regula Pra-  
positum, sive Abbatem nominat, Albertus Prio-  
rem appellat.

Secundum & tertium Caput in quo de Eteni-  
tatu, de cellularum singularitate, distantiâ &  
dispositione agitur, non solum à Basili Regula pe-  
tita non sunt, verum ei omnino contraria appa-  
rent. Basilius enim conobialem, ac communem  
vitam in uno monasterio, sine hac cellularum  
separatione, in suis Regulis sepe instituit. Alber-  
tas vero eremitam vitam, ac solitariam de-  
sernit.

Quartum vero Caput de communi refectio-  
ne traditur. Au igitur quia idem in Regula S. Au-  
gustini & Benedicti inventur, nostra Regula ex  
Augustini & Benedicti Regulis desumpta est?  
Aut forte, quia Basilius communem mensam  
statuit, & hanc suis Regulis Augustinus & Ben-  
dictus confirmarunt, Regula Augustini & Ben-  
dicti à Basilio emanata dicenda est? Sed quid  
moror in hoc? cum Regula Alberti communis  
refectionis mensam Eremitis non sternat, sed  
hoc ab Innocentio IV. additum fauisse constet?

Præterea Caput s. nostræ Regulae, quod de  
situ cellula Prioris agit, eam esse construendam  
juxta vestibulum monasterii tradens, nusquam  
in Regulis Basili reperies.

Sextum vero de oratione ac meditatione  
continua nec apud Basiliū, nec apud alios Reli-  
gionum institutores sub præcepto caucum inven-  
nitur.

Septimum, quod circa Horas Canonicas, &  
Officium divinum per solitudinem versatur, pos-  
tulat Benedictum quam Basiliū redoler.

Octavum, quod de abdicando rerum usu, ac  
proprietate tractat, forte Basili est, quia omni-  
um commune esse debet. Nam cum pauperi-  
tatis votum, à quo haec abdicatione provenit, Re-

ligionibus omnibus commune sit, quid mirum,  
si in Regula Basili inveniatur?

Nonum vero Caput de oratorio in medio  
cellularum erigendo, neque in Basili, neque  
Augustini, neque alia cœnobitica Regula scri-  
ptum reperies. Hujus vero quod in codem Ca-  
pite statuitur, ut ad audienda missarum solemnia  
Frates conveniant, etiam non meminit Basilius.

Caput vero decimum de Capitulo & corre-  
ctione Fratrum agit, ubi autem in Basili Capitu-  
lum, aut aliquid, quod illud sapiat legitur? Et  
ut omnia concludam, ubi Basilius jejunium ab  
exaltatione sanctæ Crucis usque ad Dominicam  
Resurrectionis suis monachis commendavit?  
ubi abstinentiam à carnibus decevit? Ceterè  
nec de jejunio in Regula Basili aliquod pecu-  
liare statutum invenio: & carnium elatum non  
solum non interdici, verum & expensi concedi  
video, ut patet in Regulis fusiōnē. Interrogatione  
19. & 20. ubi Basilius aperte monachis, le nolle  
carnium elatum negare, fatetur.

De silentio quoque nocturno in Basili Re-  
gula fermo non sit. Quod si de labore manuum  
in ea tractatur (quod quidem non inficior) hoc  
tamen laborandi studium ita fuit monachis Sy-  
riae & Egypti commune, ut nullus ad eorum  
confortum admittatur, qui alienus artis me-  
chanicæ munere non fungetur. Nec solum in  
Orientalibus Religionibus id receptum compe-  
ties, sed in Occidentalibus apud Benedictum,  
Augustinum, & Franciscum idem statutum  
videbis. Quid ergo commercii, societatis, aut  
similitudinis Alberti Regulae, cum Basili in-  
stitutionibus? ut prædicti Authores ausi sint affir-  
mare, nostram Regulam ex Basilio extractam,  
ejusque appendicem esse? cum tam latè, longe-  
que inter se distent.

Et certè inter hæc duo dicta Antonini, nem-  
pe, quod Religio nostra fuerit aliquando sub  
Regula B. Basili, & præterea, quod Regula  
Alberti sit extracta ex institutionib. Basili, hoc  
secundum magis cum ratione ac experientia  
pugnat. Nam de priori non miror, quod cum  
Religio nostra in temori Syriae patibus com-  
moraretur, ejus initia, ac progressus ab Anto-  
nino, & aliis Latinis Scriptoribus ignorantur,  
& sic falli potuisse, existimantes sub Regula Ba-  
silii Carmelitas famulatum DEO præstuisse.

Non parum prædicti obstante videatur no-  
stri Ordinis Authorum sententia. Nam Wal-  
densis ubi supra & Paleonydorus & Mantuanus  
in *Apologia de antiquitate Ordinis* affirmant, Re-  
gulanam nostram extractam fauisse ex Regulis Basili.  
Huius objectioni responderetur, quod (ut ex  
Amphil. Iconii Episcopo, & ex aliis docet Pa-  
leonydorus lib. 2. Cap. 5.) Eusebius Cæsaræ  
Episcopus, cum primum Basiliū agnovit, ad-  
mirans profundiissimam sapientiam ejus pelagus,  
vocatus quibusdam monitis Carmeli Fratribus,  
in monte Didymi eis Monasterium constituit,  
cum quibus Basilius omni humilitate conver-  
fando, post mortem Eusebii meruit provehiri ad  
summum Cæsaræ sacerdotii gradum. Et insu-  
per addit Paleonydorus: Ille est Basilius, qui  
Monachorum institutum duplice sub forma  
composuit: unam per modum dialogi, & hanc  
ejus confratres Carmelitæ in monte Didymi as-  
sumperunt: & eundem in Patrum eligentes, de  
Ordine S. Basili vocati sunt: aliam per modum  
commu-

communis admonitionis, quam *S. Joannes* 44. Hierosolymorum Episcopus suo libro insertur, & Carmelius tradidit. Sub hac Carmelite vi- xerunt quousque ab Alberto compendiam re-gulam accepunt. Hæc Paleonydorus.

Id mihi in hac re magis probatur (quod latius sum proleucus libro 1. Cap. 10. de ordinis antiquitate) D. Basilium, præter regulas, quas monachis communiter in cenobitis degentibus composui (quæ etiam inter sua opera habentur) aliam Regulam tradidisse his, qui solitariam vitam in Ponto Euxino agebant, quorum ipse simul cum D. Gregorio Nazianzeno collega fuit, ut saepe tam ipse, quam Nazianzenus Epistolis suis repetunt. Confundens de re hac Baronius, qui hæc & alia D. Basilius gesta *Tomo 4. circa annum 362.* plena oratione scripsit. Et quantum mihi fas est colligere, has institutiones Basilius simul cum Nazianzeno compoluimus: ut aperte ipse Nazianzeno *Epistola 9.* demonstrat. Ab his forte regulis, Eremitis illis Euxinum coleinibus, impositis Joannes Hierosolymitanus partem aliquam suarum institutionum est mutuatus: à quo Albertus Patriarcha (ut infra dicam) suam Regulam accepit, & ideo Albertus dicitur suas institutiones à Basilio mutuatas. Quibus benè consonant ea, quæ nostri Ordinis Historiographi de Basilio dicunt: nempe, Regulam Joannis extractam fuisse ex Regula Basili, non ex his, quæ inter scripta Basili circumferuntur, sed de aliis Institutionibus, quas ipse Eremitis Ponti sive voce, sive scripto tradidit. Et ex hoc communis Authorum sententia occasionem sumptus affirmandi, Carmelitas in Occidente sub Regula S.B. sibi militasse.

*Cur tam* Sed certè (quod verius existimo) horum au-variè & thorum errandi occasio non alia fuit, quam, ambigüè quod cum ipsi solum in Europa quatuor prædi-  
sape Au-  
thores sub Augustini, neque Benedicti aut Francisci Re-  
de rebus gulis viderent, itacim suplicati sunt, sub Regula  
Ordin. Basili originem sumptissime. Maximè, cum eorum Carmeli initia, upot in Syria, & alii remotissimis Re-  
gionibus peracta ignorarent. Nec mirum est,  
quod Historiographi Latinæ ea, quæ in tam dif-  
ficiis paribus contigere, non cognoverint. Et  
hæc causa est, ut tam variè, tam incertè, & fre-  
quenter tam longè à veritate deviantes de hujus Religionis gestis loquantur.

Ex prædictis igitur luculententer patet, Carmelite-  
rum Regulam à Patriarcha Alberto eis tradi-  
tam, non esse appendicem Regule Basili, neque  
ad aliquam aliam ex quatuor superius allatis re-  
duci. Quare cùm omnino diversa sit ab illis, non  
jam tantum quatuor Regulæ, sed quinque inter  
approbatas erunt annumerandæ: præcipue, cum  
Regula Alberti nec tempore (ut dictum est su-  
pra,) nec perfectione, ut jam pugnamus explicare, alii posterior sit. Pater etiam secundò, Alber-  
tum in sua Regula nulla ferè inseruisse, quæ ante  
in institutionibus Joannis Hierosolymitani non  
essent appolita. Quod facile esse ostendere, per  
singula Alberti capita discurrente, ut probatur  
in *Speculo Ordinis* libr. 8. Capit. 4. ubi fulius de-  
monstratur, prædictam Regulam ferè in omni-  
bus, eam, quæ Joannis est, æmulari: præcipue  
verò legenti Cap. 2. 1. Joannis Regulæ, constabit,  
ab eodem circa oratorium, celarium separatio-  
nem, & silentium, idem quod ab Alberto fuisse  
stabilitum. Quare Albertus in sua Regula id fo-

lum prestitit, ut, quod Joannes in dictis institu-  
tionibus suadendo in generali dixerat, Albertus  
statuendo in speciali determinaret. Ita expre-  
sunt *Waldensis*, de *Sacramentali* tit. 9. Cap. 8. 9.  
dum ait, *Ordo Carmelitarum à Joanne Patriarcha  
Hierosolymitano Regulam vivendi Gracè consi-  
piam accepit*, quam pleniori post sub Alberto Pa-  
triarcha forma digestam inspexit. Scutis ergo  
Waldensis in hac te nobiscum.

## D V B I V M VII.

### De perfectione Regulæ Alberti, nostræque Religionis.

Varia sunt in Ecclesia Religionum genera, quibus DEUS variis hominum conditionibus consultum esse voluit. Nam cum diversa sint  
hominum ingenia, varie propensiones, nec pa-  
res omnibus vires insint: unus enim dligit tolu-  
dinem, alius frequenter gaudet, alius libenter  
legit, alius operatur, vel orat: non sine divino  
confilio, Religionum instrumentum in multis pro-  
fessiones, studaque dividitur: & ut rectè Ne-  
storius Abbas apud *Caillianum Collatione 1.4. lo-*  
*qui* *ur. Quidam summam intentionis* *sæc. erga Ere-*  
*m. secreta, & cordis constituent puritatem:* *ut in*  
*præsterit ELIAM, & ELISEUM, nostrisque tem-*  
*poribus beatum Antonium familiarissime DEO per*  
*solitudinem silentium cobisisse cognoscim. Quidam*  
*erga institutionem Fratrum, & peregrinum cano-*  
*bierum curam, omnem studij sui solitudinem dedi-*  
*cunt. Quidam Xenodochij, & suscipientium pium*  
*delectat obsequium. Quidam eligentes agrotantum*  
*curam, alij intercessionem, quæ pro miseri ac op-*  
*prebi impendunt, exequentes, aut doctrina instan-*  
*tes, aut elemosynas pauperibus largientes, intr-*  
*magnos, as summos viros vigerunt. Hæc Netto-*  
*rius ut supra. Hoc autem singulis unitus cuiusque*  
*artis ac virtute professoribus innatum cernimus, ut*  
*illam omnibus alij excellentiorem existimem,*  
*ac variis laudibus efforam: quod nullus exemplis*  
*in artibus professoribus relucet. Laudant*  
*enim jurisperiti: tua artem, ut cum eorum di-*  
*sciplina nihil potest conferendum: ab hac enim*  
*totius mundi administrationem ac practicam*  
*disciplinam pendere purant. Medici vero nihil*  
*humano generi eorum facultate utilius esse co-*  
*gnoscunt. Philosophi hæc omnia, tanquam vilia*  
*& cædacia, aspernatur: nihilque sublimius ea*  
*disciplina exclamant, quæ à terrenis his cœbus*  
*homines abducunt, ad cœlestium contemplatio-*  
*nem convertit. Theologi denique (ut alios inten-*  
*tim omittam) tanquam cum DEO versantes,*  
*ejusque arcana penetrantes, scientiarum omnium*  
*famulatum Theologia deberi contendunt. Adeo*  
*enim unicuique puerum, ac excellens suam*  
*institutionum videtur, ut omnibus alij preferen-*  
*dum merito censeat. In quo, de propria facul-*  
*tate & instituto, à nobis lato iudicio nescio quid*  
*proprietatis ac philautiae later: nam, dom de*  
*professione propria quis gloriat, in sui laudem*  
*ac commendacionem, fugatis gloriam terro-*  
*quer.*

Idem quoque in suscipiendo religiose vitæ in-  
stutus plerumque accidere videmus, ut quod propri  
sibi quisque magis accommodatum videatur, id Religio-  
solum ut præstantissimum ja tec: cetera verò pro nis  
nihil ducat. Ex quo variæ sunt inter Religio-  
nes